Quelle: http://manuscripta.at/?ID=917
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



287

runt eum vestimentis
eius et duxerunt eum ut
crucifigerent. Exeuntes
autem invenerunt hominem
cyrenaeum nomine simo
nem. Hunc angariaue
runt ut tolleret crucem eius.
Et venerunt in locum qui
dicitur golgatha quod
est calvarie locus. Et
dederunt ei vinum bibere
cum felle mixtum. Et cum
gustasset noluit bibere.
Postquam autem crucifixerunt
eum diviserunt vestimen
ta eius sortem mittentes
Et sedentes servabant
eum. Et imposuerunt
super caput eius causam
ipsius scriptam. Hic est
rex iudeorum. Tunc cruci
fixi sunt cum eo duo latro
nes: unus a dexteris et
unus a sinistris. Pre
teuntes autem blasphe
mabant eum moventes
capita sua et dicentes.

Vach qui destruit templum
dei: et in triduo reedifi
cat. Salva temetipsum. Si
si filius dei es descende
nunc de cruce. Similiter
et principes sacerdotum illu
dentes cum scribis et se
nioribus dicebant alios
saluos fecit seipsum non
potest saluum facere. Si
rex israel est descendat
nunc de cruce et credimus
ei. Confidit in deo liberet
eum nunc si vult. Dixit
enim: quia filius dei sum.
Idipsum autem et latrones
qui crucifixi erant cum
eo: improperabant ei. A sex
ta autem hora tenebre
facte sunt super universam
terram usque ad horam nonam.
Et circa horam nonam: cla
mavit ihesus voce mag
na dicens. Heli heli le
masabactani. Hoc est
deus meus. deus meus
ut quid deliquisti me.